



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Aliæ quibus Deus rogatur, vt nos in viam rectam ipsi benè famulandi  
deducat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS SECUNDA. 335

Fiant aures tuæ intendentes: in  
vocem deprecationis meæ.

In quacunque die inuocauero te  
exaudi me, multiplicabis in anima  
mea virtutem.

Domine clamaui ad te, exaudi *Psalm. 137.*  
me: intende voci meæ cum clama-  
uero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut in- *Psalm. 142.*  
censum in conspectu tuo: eleuatio  
manuum mearum, sacrificium  
vespertinum.

Clamaui ad te Domine: dixi, tu  
es spes mea: portio mea in terra vi-  
uentium.

Intēde ad deprecationem meam: *Psalm. 145.*  
quia humiliatus sum nimis.

Domine exaudi orationem me-  
um, auribus percipe obsecratio-  
nem meam: in veritate tua, exaudi *Psalm. 142.*  
me in tua iustitia.

Velociter exaudi me Domine:  
defecit spiritus meus.

*Ad rogandum Deum vt nos in viam  
rectam ipsi bene famulandi  
deducat.*

Domini-

*Psalms. 5.* Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos; dirige in conspectu tuo viam meam.

*Psalms. 16.* Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea.

*Psalms. 24.* Vias tuas Domine demōstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus: & te sustinui tota die.

*Psalms. 26.* Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

*Psalms. 50.* Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

*Psalms. 85.* Deduc me Domine in via tua: & ingrediar in veritate tua: laetetur cor meum vt timeat nomen tuum.

*Psalms. 118.* Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas.

Vias meas enūtiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

PARS SECUNDA. 337

Legem pone mihi Domine viam  
iustificationum tuarum: & exqui-  
ram eam semper.

Da mihi intellectū, & scrutabor  
legem tuam: & custodiam illam in  
toto corde meo.

Deduc me in semitam mandato-  
rum tuorum: quia, p̄sam volui.

Inclina cor meum in testimonia  
tua: & non in avaritiam.

Misericordia tua Domine plena  
est terra: doce me iustificationes  
tuas.

Bonitatem, & disciplinam, &  
scientiam doce me: quia mandatis  
tuis credidi.

Manus tuæ fecerunt me, & plas-  
maverunt me: da mihi intellectum  
vt discam mandata tua.

Voluntaria oris mei beneplaci-  
ta fac Domine: & iudicia tua doce  
me.

Adiuua me, & saluus ero: & me-  
ditabor in iustificationibus tuis  
semper.

Confige timore tuo carnes me-  
as: a iudicijs enim tuis timui.

Ser-

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificaciones tuas.

Erraui sicut ovis quæ periit; quare seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

*Psalm. 138.*

Proba me Domine & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

*Psalm. 142.*

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam

nimam meam: quoniam ego seruus  
tuus sum.

*Ad petendum ne cōtra nos irascatur,  
sed secundum misericordiam  
suam nobiscum agat.*

Mirifica misericordias tuas, qui *Psal. 16.*  
saluos facis sperantes in te.

Reminiscere miseracionum tua- *Psal. 24.*  
rum, Domine: & misericordia-  
rum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Secundum misericordiam tuam  
memento mei tu: propter bonita-  
tem tuam Domine.

Propter nomen tuum Domine  
propitiaberis peccato meo: mul-  
tum est enim.

Ne auertas faciem tuam à me: ne *Psal. 26.*  
declines in ira à seruo tuo.

A diutor meus esto, ne derelin-  
quas me: neque despicias me Deus  
salutaris meus.

Ne tradideris me in animas tri-  
bulantium me: quoniam insurrexe-  
runt in me testes iniqui: & mentita  
est iniquitas sibi.

Ne simul tradas me cum pecca- *Psal. 7.*  
tori

P